

STEPHANI ALEXANDRI WÜRDTWEIN  
EMINENTISS. AC CELSISS. ARCHIEP. ET ELECTORIS MOGUNT.  
CONSILIARIIS ECCLES. ET OFFICIALIS, INSIGNIS ECCLESIAE  
COLLEG. B. M. V. AD GRADUS DECANI, ACADEMIAE  
THEODORO - PALATINAe SOCII,


DIOECESIS MOGUNTINA  
IN  
ARCHIDIACONATUS  
DISTINCTA  
ET  
COMMENTATIONIBUS DIPLOMATICIS  
ILLUSTRATA

---

TOMVS II.

QUI CONTINET DIPLOMATA  
CCLXXVI.

SIVE  
COMMENTATIONES V. VI. & VII.



---

MANNHEMI,  
TYPIS ACADEMICIS,  
MDCCCLXXII.

lem erigentes, sepulturam, baptismum & alia jura parochialia tribuendo eidem ita quod incole dicte ville in *Nacchein* venient & ibunt perpetuo ad synodus ad ecclesiam suam matricem in *Sulzbach* predictam & contribuent ad edificia ejusdem ecclesie sue matricis modo & forma prout hactenus contribuere consueverunt. Datum anno Dni millesimo trecentesimo vicesimo sexto in vigilia beate *Elisabeth* Landgravie.

*Item in ipsa die sanctorum Herenei & Habundi Martyrum in Niede hora missæ. Commissarii habebunt unam procreationem solemnem. It. universitas ibidem dat quinque florenos & duo quartalia vini & duos grossos scriptori. Item pro more ibidem cum filiabus annexis dant sex florenos, duo quartalia vini & duos grossos scriptori. It. quindecim soll. pro cathedralico dant idem. It. una mola est ibidem.*

Anno MCCXVIII. *Sigefridus Arch. Mog. confirmavit translationem juris patronatus ecclesiæ in Nithe in capitulum beatae Mariae Virginis ad gradus Maguntiæ factam, vid. Joan. T. 2. p. 655.*

*It. eadem die in vesperis in Höchst. Ibi nulla est procuratio. It. universitas ibidem dat duodecim soll. unum quartale vini & unum grossum scriptori. Et Dominus Maguntinus dat tredecim cum dimidio hll. ratione Prepositure ibidem. Item pro more in Höchst dant soll. denariorum.*

*It. universitas in Zeilsheim, que est filia, dat unum florenum auri & quinque minas avene. It. una mola est ibidem pertinens Domino Maguntino.*

Quonodo Basilica sancti Justini (a), quæ est in Hosteden, (Höchst) (b) in jus & potestatem sancti Albani transierit sub Ruthardo Arch. Mog. anno MCX. vid. ap. Joann. T. 2. p. 737. ubi insimul notatur: „ ut locus hic religioni monachorum traditus nullum „ advacatum habeat . . . nullus Chorepiscopus in il- „ lum potestatem exerceat, nisi ab Abbe fuerit vo- „ catus, tunc quinque solidi in ejus sumptus dentur; „ Archipresbyter vero semel in anno sinodum ibi „ propter corrigendas animas celebrans, solidum „ unum ad expensas prandii sui accipiat.

(a) *Papebrochius in actis SS. ad diem xvi. Junii in commentario de S. Aureo & Justina iocite cupit edoceri. Quaenam sit illa Heostedinensis sancti Justini Basilica unde ablatum vel corpus vel insignis reliquia indicatur. Hactenus nihil proprius occurrit quam Hoogstetten in Suevia; sed nimis incerta est conjectura in sola nominis affinitate fundata? dubium hoc abstergit diploma Ruthardi supra allatum.*

(b) In chartis antiquioribus audit: *Hochstadin, Heostedin, Hosteden, Hosten, Osten, in nummis ibi cisis: Hoëst supra Mogunt.*

Anno MCXLV Heinricus I. Archiepiscopus Mog. incorporationem ecclesiae S. Justini in Höchst à Ruthardo Archipræsule monasterio S. Albani factam confirmat vid. Joann. T. 2. p. 750.

An. MCCCCXLI, Theodericus Arch. Mog. eccliam hanc parochialem fratribus S. Antonii sub certis modis, statutis & ordinationibus tradidit regendam. Gud. T. 4. p. 276.